Καλλίπολις

229. Primus Denizi beglerbegus factus Chairadines; Sangiacus Gallipolis: sultani Muratis hujus justitia; στρατηγὸς, sive praetor Callipolitanus, et δωδεκανήσων; Leunclavii: Pandectes Hist. Turc. Cedrini correcta versio.

Solebat ante illa tempora classis sultaninae praefectus esse maximus et ordinarius is, qui Calliopolis sangiacus erat.

Hoc ex Laonici quoque pluribus locis intelligere licet, uti cum in Muchemete II mentionem facit Gonuzis praefecti (sangiacum interpretatur) Calliopolis, itemque Zogani praefecti Calliopolis, et postea tamen regiae classis imperatorem facit eum [illegible] praefecto Calliopolitano.

Nunc etiam sangiacat[illegible] polis sed [illegible] Terzi [illegible] beglerbe[illegible] maior, sed [illegible] et ibidem hujus beglerbegus est ordinaria, quam residentiam vulgo vocant.

Fuit igitur a Soleimane nova reperta dignitas, ut maris praetor non amplius esset sangiacus, sed beglerbegus.

Hunc officio tunc Chairadinem cum titulo vezirs praefecit: uti nunc Vlutzalis quoque maris est beglerbegus, et vezir bassa.

Praeerat ipsius nomine Calliopoli, cum istic uno, plus minus, mense nos haereremus, Subassa quidam natione Genuensis, viz humanus, et quod in apostasia mirere, nobis in causa quadam nostra perquam addictus et utilis.

Quippe mortuo ad Calliopolim, ut in Supplemento annalium narravimus, Henrico barono de Lichtestain

(ἀνοχοῦδη)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Cadiis sive Potestatus urbis Calliopolitanae, relictas ab eo res, veluti bona caduca, et ad se, qui cadilicatum a sultano pecunia, pro more Turcico redemisset, deroluta repetebat a nobis, et animo jam derorarat.

Nos autem ab ipso ad subassam appellantes, fuisse baronem defunctum Caesaris legatum, adeoque personam publicam, replicabamus: cujus bona nec pro caducis haberi, nec applicari fisco, nisi violato jure gentium possent.

Cum ararus Cadius a sententia ne litteris quidem amplissimis salvi commeatus prolatis et inspectis, dimoveri vellet: subassa, [illegible] allatis nobis Italica lingua, praesente cadio [illegible] assessoribus suis, id consilii dabat, ut [illegible] olim ad oratorem [illegible] perscribere[illegible] e nostris eodem ablegaremus, [illegible] redarium ulto se adjuncturum pollicebatur.

Ita re Constantinopoli cognita et ad Diranum delata, confestim sultani Muratis jussu missus tzausius quidam Murates, natione Circassus, qui non solum hac lite nos liberaret Calliopoli, rerum etiam extra Dardanellos, a Calliopoli 27 milliaribus graecis dissitas arces, ubi naves perquiri solent, ne mancipia retitaeve merces exportentur, deduceret.

Simul remissa cadii, nobis injurii, paena fuit arbitrium oratoris Caesarei, Pauli baronis Litzingani, collandataque subassae prudentia, qui pro nobis adversis cadium stetisset. ----

Sed enim ad rem ut redeamus, hoc sangiaci Calliopolitani officium praeturae maritimae Turci a graecis acceperunt, quos jam toties diximus eos multis in rebus aemulatos. Apud Cedrinum aliquoties is, qui

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

στρατηγός sive praetor Calliopolitanus erat, etiam τῶν δωδεκανήσου praeturam gessisse traditur, quo vocabulo non tam duodecim insularum, quam maris imperium significatur.

Etenim hodieque sangiacatus insularum Mitylenae, Chii, Naxi, Negroponti vel Euboeae, Rhodi, Leucadis sive S. Maurae, cum aliis, ad imperium ejus, qui maris est beglerbegus, pertinent.

Alicubi Xylander, caeteroqui doctus vir et Graecae perquam peritus, apud Cedrinum insulas Dodecanesi vertens, ita duodecim insularum civitatem vocari adficit, errore manifesto.

Quis enim audivit unquam [illegible] Aegeo vel Archipelago, stenti nunc vocat, civitate [illegible] insularum duodecim?

[illegible] Nicephorus, qui [illegible] et nimiopere crudel[illegible] Constantinum filium, cui oculos eruit, Irenem [illegible] dejecit. ---

Ex Hellesponto ad dextram, versus occasum solis navigantibus, occurrent:

1. Λῆμνος. 2. Εὔβοια. 3 Νάξος. 4. Πάρος. 5. Μῆλος. 6. Ζάκυνθος. 7. Λευκάς. 8 Κεφαλληνία. 9. Λέσβος. 10. Χίος. 11. Σάμος. 12. Ρόδος.

Ut autem aliae minores: ita nec amplissimae duae, Cyprus et Creta, quod instar magnarum illae provinciarum suos singulae praetores haberent.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ